



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 1. Est-ne necesse ut materia quam Sacerdos consecrare intendit, sit præsens?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

*De Sacram. Euchar. Cap. III. 137*

*Species vini, non posset perfici Sacramentum.*  
Et summus Pontifex Honorius III. relatus in Canone sic scribit ad quemdam Archiepiscopum ut impediret abulum in sua Provincia jam introductum, quo major quantitas aquæ quàm vini in Calicem infundebatur.

*Perniciosus, ait; in tuis partibus, inolevit abusus, videlicet quòd in majori quantitate de aqua ponitur in Sacrificio quàm de vino: cùm secundum rationabilem consuetudinem Ecclesie generalis, plus in ipso sit de vino, quàm de aqua ponendum. Ideoque fraternitati tuae mandamus, quatenus id non facias, nec in Provincia tua fieri patiaris.*

Cap. Perniciosus. De Celebratione Missarum.

C A P U T III.

*De Præsentia & determinatione materiae consecrandæ.*

*Quest. I. EST-ne necesse ut materia quam Sacerdos consecrare intendit, sit præsens?*

*Resp. Est absolutè necessarium, ut enim ait Divus Thomas: Ipsa forma pronomine demonstrativo utens, ostendit quòd materia consecrandæ debet esse coram sacerdote, unde Sacerdos existens in domo sua, non posset consecrare panem qui est in Altari.*

D. Tho. in 4. dist. II. q. 2. art. I. quæstiuncula 3. ad I.

*Quest. 2. Quando nam materia consecrandæ censetur præsens?*

*Resp. Ut respondeatur quæstioni propositæ, supponendum est duplicem esse præsentiam, alteram Physicam, & alteram moralem. Præsentia Physica est proximitas, seu approximatio unius rei ad aliam. Præsentia moralis dicit præter proximitatem, rei cognitionem,*